benidictus quia sic vis sic factum est. et quod facis bonum  
est letet in te seruus tuus non in se nec in aliquo  
alio quia tu solus leticia vera tu solus spes mea et corona  
mea tu gaudium meum et honor meus dominus. quid habet  
seruus tuus nisi quod a te accepit etiam sine merito  
suo. Tua sunt dies que dedisti et fecisti. Pauper sum  
et in laboribus meis a iuventute mea et existimat anima  
mea non nunquam usque ad lacrimas. quoniam etiam turbatur  
ad se propter imminentes passiones. Desidero pacis  
gaudium. pacem filiorum tuorum flagito qui in lumine  
consolationis a te pascuntur. Si das pacem. si gaudium  
sanctum infundis erit anima serui tui plena modu-  
latione et deuota in laude tua. Sed si subtrareris te  
sicut sepissime soles non poterit currere viam man-  
datorum tuorum sed magis ad tundendum pectus genua  
eius incurvantur. quia non est illi sicut heri et nudius.  
tercius quando splendebat lucerna tua super caput  
eius et sub umbra alarum tuarum pregebat a temp-  
tationibus irruentibus. Pater iuste et semper lau-  
dande venit hora ut probetur seruus tuus. Pater  
amante dignum est. ut hac hora paciatur pro te ali-  
quid seruus tuus. Pater perpetue venerande venit  
hora quam ab eterno prescibebas affuturam ut ad modicum  
tempus succubat. foris seruus tuus vivat vero semper  
apud te intus. Paululum vilipendatur humilietur  
et deficiat coram hominibus. passionibus conteratur  
et languoribus. et iterum tecum in aurora nove lucis  
resurgat. et in celestibus glorificetur. Pater sancte  
tu sic ordinasti. et sicut voluisti et factum est. quod  
precepisti. Hoc enim est gratia ad amicum tuum pati  
et tribulari in mundo pro amore tuo quicquiduscumque  
et a quocunque id permiseris fieri. Sine consilio et

providentia tua. et sine causa nichil sit in terra. **B**onum michi domine quod humiliasti me. ut discam iustificationes tuas. et omnes electiones credis atque presumptiones ab iusta. **V**tile michi est quod confusio cooperuit faciem meam ut te preciosum quoniam homines ad consolandum requiram. **D**idici etiam ex hoc inscrutabile iudicium tuum expauescere. qui affligis iustum cum impiis sed non sine equitate et iusticia. **G**racias tibi quia non pepercisti malis et attrivisti me verberibus amaris infligens dolores et immittes angustias intus et foris. **N**on est qui consoletur ex omnibus que sub celo sunt nisi tu domine deus meus celestis medicus animarum qui percutis et sanas deducis ad inferos et reducis. **D**isciplina tua super me et virga tua ipsa me docebit. Ecce pater dilecte in manibus tuis sum ego sub virga correctionis tue me inclino. percutere dorsum meum ut curuem ad voluntatem tuam tortuositatem meam. **F**ac me plium et humilem discipulum sicut bene facere consueisti ut ambulem ad omnem nutum tuum. **T**ibi me et omnia mea ad corrigendum commendabo. **M**elius est enim hic coripi que in futuro. **T**u scis oia et singula et nichil te latet in humana conscientia. **A**ntequam fiant nosci futura et non opus est tibi ut quod doceat te aut moneat de his que geruntur in terra. **T**u scis quid expedit ad profectum meum et quantum deseruit tribulatio ad rubiginem viciorum purgandam. **F**ac meum desideratum beneplacitum tuum. et ne despicias peccaminosam vitam meam nulli melius nec clarior quoniam tibi soli nota. **D**a michi domine hoc scire quod sciendum est. hoc amare quod amandum est. hoc laudare quod tibi sume placet. hoc reputare quod tibi preciosum apparet hoc vituperare quod oculis tuis sordescit. **N**on me finas secundum visionem oculorum exteriorum iudicare. nego secundum auditum aurium hominum impiorum

sententiae. sed in iudicio vero de visibilibus et spiritualibus discernere atque super omnia voluntatem beneplaciti tui semper inquietare. Falluntur sepe hominum sensus in iudicando. Falluntur et amatores seculi visibilia tantummodo amando. Quid est homo inde melior. quod reputatur ab homine maior. Fallax fallacem. vanus vanum. cecus cecum. infirmus infirmum decipit. dum exaltat et veraciter magis confundit. dum inaniter laudat. Nam quantum unusquisque est in oculis tuis tantum est et non amplius ait humiliis franciscus. Quod humilibus insistendum est operibus et non deficitur a summis. Cap. liij.

Fili non vales semper in seruētiori desiderio virtutum state nec in altiori gradu contemplacionis consiste. sed necesse habes interdu ad originalem corruptelam ad inferiora descendere et onus corruptibilis vite etiam inuite cum tedio portare. Quādiū mortale corpore geris tediū scencies et grauamen cordis. Oportet enim hoc sepe in carne de carnis onere gemere et quod non vales spiritualibus studijs et diuine contemplacioni indesinenter inherere. Tunc expedit tibi ad humilia et exteriora configrete opera et in bonis actibus te recreare. Quod uentum meum et superna visitacionem firma confidentia expectare. Exiliū tuū et ariditatē mentis patienter suffere donec iterum a me visiteris et ab omnibus anxietatibus libeteris. Nam faciam te laboris obliuisci et interna quiete perfaci. Expandam coram te prata scripturarum ut dilatato corde turre incipias viam mandatorum meorum et dices. Non sunt dignae passiones huius temporis ad futurā gloriam que reuelabitur in vobis.

Domi non reputet se consolacione dignum sed magis verberibus reū. Cap. liij. Omne non sū dignus consolatione tua nec aliq[uod] spūali visitatione et ideo iuste tecum

agis quando me inopem & desolatum relinquis.  
Si enim ad instar maris lacrimas fundere possem.  
ad huc consolatione tua dignus non essem. Unde  
nihil dignus sum quam flagellari & puniri. quia grauiter  
et sepe te offendit & in multis valde te dereliqui. Ergo  
vera pensata ratione nec minima dignus sum con-  
solatione. Sed tu clemens & misericors deus qui non  
vis petire opera tua ad ostendendum diuinas boni-  
tatis tue inuasa misericordie. etiam prete omne meritum  
proprium digneris consolari seruum tuum supra humanum  
modum. Tunc enim consolationis non sunt sicut humane  
confabulationes. Quid egredi deum ut michi conferres  
aliquam celestem consolationem. Ego nihil boni me  
egisse recolo. sed semper ad vicia pronuntio & ad emenda-  
tionem pigrum fuisse. Verum est & negare non possum.  
Si aliter dicerem tu statas contra me & non esset qui  
defenderet. Quid merui propter peccatis meis nisi infernum  
et ignem eternum. In veritate confiteor quoniam dignus sum  
omni ludibrio & contemptu non decessi in iustos & deuotos  
tuos rememorari. Et licet hec egre audias tamen aduersum  
me propter veritate peccata mea arguam ut facilis misericor-  
diam tuam merear impetrare. Quid dicamus et omnis  
confusione plenus. Non habeo os loquendi nisi hoc  
tantum verbum. Peccavi domine peccavi miserere mei.  
Ignoscere michi. Sine me paululum ut plangam dolor meum  
antequam vadam ad terram tenebrosam & optam mortis  
caligine. Quid tam marie a reo peccatore misero requi-  
ris nisi ut queratur et humilietur se pro delictis suis.  
In vera contritione & cordis humiliatione noscitur  
spes venie. reconcilia turba conscientia. reparatur  
perdita gracia tueretur homo a futura ira & occurrit  
sibi mutuo in osculo sancto deus & penitens anima. Hu-  
milis peccatorum contritus acceptabile est sacrificium  
deo longe suauius odorans in aspectu tuo quam thuris  
incensum. Hoc est gratum etiam vngentum quod saeculis pedibus

54

tuis infundi voluisti q̄a cor contritū & humiliatum  
nunquā desp̄xisti. Ibi est loc⁹ a facie īte īimici. Ibi  
emendaſt & abluit q̄ aliu de tractu est & inqnatum.

**Q**uia gracia dei nō miscet trena sapientib⁹. **C**ap. lo

**F**ili preciosa est gracia mea non patitur se  
miseri extraneis rebus nec consolacōibus  
terrenis. Abūcere ergo oportet oīa impedi-  
mēta gracie si optas eius infusio nem suscipere. Pete  
secretū tibi ama solus habitare. tecū nullius require  
consolacōem. sed magis ad deū deuotā effunde precē  
vt sp̄ūctā tenas mentē & purā conscientiā. **T**otū mōm  
nichil estima rei vocationē oībus antepone extōzib⁹.  
**N**on enī poteris michi vacare & in transitorij parit  
semper delectari. **O**n notis & caris oportet te elongari  
et ab omni temporali solacō mentem tenere priuatā.  
**P**ic obsecrat beatus petrus apostolus vt tanquam  
aduenas & peregrinos in mundo hoc se contineant  
cristi fideles. **Q**uanta fiducia erit morituro quem  
nllius rei aspect⁹ detinet in mōndo. **S**ed sic segregatū  
cor habere ab oībus eger nec dū capit animus nec  
animalis homo nouit interni hominis libertatem.  
**O**ttamen si vere velis esse sp̄ualis oportet te renunc-  
tiare tam remotis q̄m propinq's & a nemine magis  
cauere q̄m a teipso. **H**i temetipsum perfecte viceris  
cetera facilis subiugabis. **P**erfecta victoria est de  
semetipso triumphare. **Q**ui enim sic semetip sū sub-  
iectum tenet vt sensualitas racōni & ratio in cunctis  
obediat michi. hic vere vīctor est sui et dominus  
mundi. **H**i ad hunc apicem scandere gliscis oportet  
te viriliter incipere & securim ad radicem ponere vt  
cuellas & destuas occultam & inordinatam inclina-  
tionem ad teipsum & ad omne priuatū & materiale  
bonum. **E**x hoc vīcio q̄ homo seipsum nimis in-  
ordinate diligit. pene totum pendet quicquid radi-  
caliter vincendum est. **Q**uo deuicto et subacto malo

par magna et tranquillitas erit continuo. Sed qā  
pauci sibi p̄fis perfecte mori laborant nec plene extra  
se in spiritu eleuari possunt. Qui autem libere metū  
ambulare desiderat necesse est ut omnes prauas et  
inordinatas affectiones suas mortificet atq; nulli  
creature priuato amore concupiscenter inhereat.

**C**ōde diuersis motibus nature & grē. **C**ap. Iij.

**F**ili diligenter aduerte motus nature & gracie  
quia valde contrarie et subtiliter mouentur.  
et vix nisi a spirituali & intimo illuminato.  
homine discernuntur. Omnes qđem bonū appetunt  
et aliquid boni in suis dictis vel factis pretendunt.  
Ideo sub specie boni multi fallunt". Natura callida  
est et multociens trahit illaq; ac decipit & se semp  
pro fine habet. sed gracia simpliciter ambulat ab  
omni specie mala declinat. fallacitas non pretendit  
et omnia pure propter deū agit. In quo & finaliter  
requiescit. Natura inuite vult mori nec premi nec  
superari. nec subesse. nec sponte subiugari. Gracia  
vero studet mortificationi proprie resistit sensuali-  
tati querit subīci. appetit vinci. nec propriā vult  
libertate fungi. sub disciplina amat teneti. nec alicui  
cupit dominari. sed sub deo semper vivere stare et  
esse atq; propter deum omni humane creature hu-  
milater parata inclīari. Natura pro cōmodo laborat  
et quid lucri sibi ex alio prouefat attendit. Gracia  
autem nō qđ sibi utile & cōmodosū sit. sed qđ multis  
proficiat magis considerat. Natura libenter honorē  
et reuerentiā accipit. Gracia vero omnem honorem  
et gloriam deo fideliter attribuit. Natura confusio-  
nem timeret. et contemptū. gracia autem gaudet. pro  
nomine ihesu contumeliaz pati. Natura ociū amat  
et quietem corporalem. Gracia vero vacua esse non  
potest sed libenter amplectit" laborem. Natura qđit  
habere curiosa et pulcra & abhorret vilia et grossa.

55

**G**racia vero simplicibus delectatur & humilibus  
aspera non asperantur nec vetustis refugit indui  
pannis. **N**atura respicit temporalia gaudet ad lucra  
terrena. tristatur de dāno. irritatur leui iniurie verbo  
**S**ed gracia attendit eterna non inheret temporali-  
bus. nec in perditione rerum turbatur. neq; verbis  
durioribus acerbatur quia thesaurū suū et gaudiū  
in celo vbi nil perit constituit. **N**atura cupida est et  
libidinous accipit quā donat amat xpria & priuata.  
**G**racia autem pia est & cōmuni's vitat singularia  
contentatur paucis beacius dare iudicat q̄ accipere.  
**N**atura inclinat ad creaturas ad carnem xpriaz ad  
vanitates & discursus. **S**ed gracia trahit ad deū et  
ad virtutes renunciat creaturis fugit mundū. odit  
carnis desideria. restringit euagina cōes. erubescit in  
publico apparere. **N**atura libenter aliquod solacium  
habet. extēnū in quo delectetur ad sensū. **S**ed gracia  
in solo deo querit consolari & in sūmo bono sup oīa  
visibilia delectari. **N**atura totū agit propter lucrū. &  
xpriū cōmodum. nichil gratis agere potest. sed aut  
equale. aut melius. aut laudem. aut fauorem pro  
benefactis consequi sperat. & multum ponderari sua  
gesta & dona concupiscit. **G**racia vero nū tempore  
querit. nec aliud premiū quāz deū solū. pro mercede  
postulat. nec amplius de temporalibus necessariis  
desiderat nisi quantum hęc sibi ad assecūcōm ecer-  
norū valeant deseruire. **N**atura gaudet de amicis  
multis et propinquis. gloriatur de nobili loco et  
ortu generis attidet potentibus blanditur diuitib⁹  
applaudit sibi similibus. **G**racia autem inimicos  
diligit nec de amicorū turba extollitur. nec ortū. nec  
locum nataliū reputat. nisi virtus maior ibi fuerit.  
**F**auct magis pauperi. qm̄ diuiti. compatitur plus  
innocenti q̄ potenti. congaudet veraci & non fallaci.  
exhortatur semp bonos meliora. **C**arismata emuliri.

et filio dei per virtutes assimulari. Natura defectu  
et molestia cito conquerit". Gracia vero constanter  
fert inopiam. Natura omnia ad se reflectit pro se  
certat et arguit. Gracia autem ad deum cuncta re-  
ducit. Vnde originaliter emenant. nichil boni sibi  
ascribit nec arroganter presūmit. nec contendit nec  
sententiam alijs prefert. sed in omni et intellectu  
eterne sapientie ac diuino examen se submittit. Na-  
tura appetit scire secreta. et noua audire vult extetis  
apparere et multa per sensus expetiri. Desiderat ag-  
nosceret et agere ubi laus et admiratio procedit. Sed  
gracia non curat noua nec curiosa percipere. quia to-  
tum de vetustate corruptionis est ortum cum nichil  
nouum et durabile sit super terraz. Docet itaq; gra-  
cia sensus restringere. vanam complacentiam & ostensio-  
nationem deuitare laudanda et digne miranda hu-  
militer abscondere. et de omni re et omni scientia  
utilitas fructum atq; dei laudem & honorem querere  
Non vult se nec sua predicari sed deū in donis suis  
optat benedici qui cuncta ex mera caritate largitur.  
Gracia supernale lumen est quoddam dei speciale-  
donū et proprie elector signaculū et pignus salutis  
eterne quia hominem de terrenis ad celestia sustollit  
et de carnali spiritualem efficit. Quāto ergo natura  
amplius premitur et vincatur tanto maior gracia  
infunditur et cottidie nouis visitationibus interior  
homo secundū imaginem reformat. De corrupte  
nature & efficacia gracie diuine. Cap. Ivn.

**D**omine deus meus q̄ me creasti ad ymaginē  
et similitudinem tuam. Concede michi hanc  
graciā q̄m ostendisti tam magnā & necessa-  
riam ad salutem & unicam pessimam naturā meā  
retrahentem ad peccata & in perditionem. Sencio  
enī in carne mea legem peccati contradicentem. legi  
mentis mee & captiuū me ducentem ad obedientū

58

sensualitati in multis nec possū resistere passiōibus  
eius nisi assistat tua sanctissima gracia cordi meo  
autē infusa. **O**pus est gracia tua et magna gracia  
ut vincat<sup>ur</sup> natā ad malū semp pna ab adolescētia  
sua. **N**atura p primū hoīem adam lapsu et viciata  
p peccatū in om̄es hoīes pena huius macula redūdat  
et ipsa natura q̄ bene et recte a te dita fuit p vicio  
ia et infirmitate corrupte nature ponat eo q̄ motus  
eius sibi reliquias ad malū et ad inferiora trahit. **N**ā  
modica vis que remansit est tanq̄ scintilla quedam  
latens in cinere. **H**ec est ipsa ratio natālis cūfusa  
magna caligine ad indicium habens boni et mali  
veti falsiq̄ distantiaz. licet impotens sit ad impletere  
omne quod approbat nec pleno iaz lumine veritatis  
et nec sanitate affectionū suarum pcciatur. **H**inc est  
deus meus q̄ delector legi tue secundum interiorem  
hoīem sciens mandatū tuū fore bonū iustū et sanctū  
arguens etiā om̄e malū et peccatū fugiendū in carne  
autem servio lege peccati dum magis sensualitati  
obedio q̄ rationi. **H**inc q̄ velle bonū michi adiacet  
perficere autem non inuenio. **H**inc est q̄ sepe multa  
bona propono. sed q̄a gracia deest ad adiuuandū  
infirmitatem meaz ex leui resistentia resilio et deficio  
**H**inc accidit q̄ viā pfec̄tio nis agnoscō qualit̄ agere  
debet clare satis video sed aprie corruptis pondere  
pressus ad perfectiora non assurgo. **O** q̄m maxime  
est michi necessaria dñe gracia tua ad inchoandum  
bonū ad pficiendū et ad perficiendū. nā sine ea nichil  
possū facere. omnia autem possum in te confortante  
me gracia tua. **O** vere celestis gracia sine qua nulla  
sunt xp̄ia merita. nulla q̄t̄a nature ponderanda  
nichil artes. nichil diuicie. nichil pulchritudo. nichil  
fortitudo. nichil ingeniū. nichil eloquencia valent.  
aput te dñe sine gracia. **N**ā tona nacē bonis et malis  
st̄ emūia. **E**lectoy aut̄ xp̄iū tonū ē grā siue dilectio

qua insigniti digni habentur vita eterna. Tantum  
eminet hec gracia ut nec donū prophecie· nec signorū  
operatio nec quantalibet alta speculatio aliquid  
estimatur sine ea. Sed neq; fides· neq; spes· neq; alie  
virtutes · tibi accepte sunt sine caritate et gracia . O  
beatissima gracia que pauperem spiritu virtutibus  
diuitem facis & diuitē multis bonis humilem corde  
reddis. Veni descendē ad me reple me mane conso-  
lacione tua ne deficiat plāssitudine et ariditate mētis  
aīe mee virtus mea. Obsecro dñe ut inueniā graciā  
in oculis tuis· sufficit enim michi gracia tua ceteris  
nō obtentis que desiderat natura. Si fuerō tēptat<sup>2</sup>  
et vexatus turbacōnibus multis non timebo mala-  
dūmodo fuerit metū gracia tua. Ipsa fortitudo mea  
consiliū confert & auxiliū. Cunctis hostibus potētior  
est· ec sapientior vniuersis sapiētibus. Magistra enī  
veritatis doctrix discipline· lumen cordis · solamen  
pressure· sagittrix tristiae· ablatrix timoris· nutritrix de-  
uoconis· productrix lacrimarū. Quid sum sine ea nisi  
aridū lignū & stips inutilis. Tua ergo domine me  
gracia semper preueniat· & sequat̄. at bonis opibus  
iugiter prelest esse intentū. Per ihesum crūstum filiū  
tuum Amen.

~~¶ nosmetipſos abnegare et  
crūstum imitari debemus per crucem.~~ Cap. lviij.

**F**ili quantū ad te valēs exire : tantum in me  
poteris transire. Sicut nichil foris occupiscere  
internā pacem facit· sic se interis relinqre deo  
coniungit. Volo te addiscere perfectā abnegationem  
tui in voluntate mea sine contradictione et querela.  
Sequere me ego sum via veritas et vita. Hinc via  
nō itur sine veritate nō cognoscit̄· sine vita nō viuit̄  
Ego sum via quaz sequi debes veritas infallibilis  
vita intermisibilis. Ego sum rectissima via veritas  
sup̄ma· vita vera vita beata· vita increata· si māseris  
in via mea cognosces veritatem· & veritas liberabit

57

te. et apprehēdes vitā eternā. **S**i vis ad vitā ingredi  
serua mandata. **S**i vis veritatem cognoscere crede  
michi. **S**i vis esse discipulus meus abnega temet-  
ipsum. **S**i vis beatā vitā possidere. presentem vitā  
contempne. **S**i vis exaltari in celo humilia te in  
mundo. **S**i vis regnare meū porta crucem tecum  
**S**oli enī serui crucis inueniunt viā beatitudinis et  
vere lucis. **D**omine ihesu quia arta erat via tua et  
mundo despacta. dona michi te. cū mundi despactū  
imitari. **N**on enī maior est seruus domino suo nec  
discipulus super magistrū. Exerceatur seruus tuus  
in vita tua quia ibi est salus mea & sanctitas vera.  
**Q**uicquid extra eā lego. vel audio nō me recreat nec  
delectat plene. **S**ili qā hec scis & legisti dīa. beatus es  
si feceris ea. **Q**ui habet mādata mea & seruat ea ipse  
est q̄ diligit me. ego diligā eū. & manifestabo ei me-  
ipsum & faciā eum sedete meū in regno patris mei.  
**D**omine ihesu sicut dixisti et promisisti sic utiq̄ fiat  
et michi prometeri cōtingat. **S**uscepi de manu tua  
crucem & portabo eā usq; ad mortē sicut imposuisti  
michi. **V**era vita boni monachi est crux. sed dux  
paradisi. **I**nceptū est retro abire non licet nec relin-  
quere oportet. **E**ya pergamus simul ihesus erit no-  
biscū. **P**ropter ihesū sup̄simus hanc crucem. propter  
ihesū perseveremus in cruce. **E**rit adiutor noster qui  
est dux noster & predecessor. **E**n rex noster graditur  
ante nos qui pugnabit pro nobis. **S**equam̄ viriliter  
nemo metuat terrores. **S**imus parati mori fortiter  
in bello et inferamus crimen glorie nostre ut fugia-  
mus a cruce. **Q**uod homo non sit nimis reiectus  
quanto in aliquos labitur defectus.

Cap. lir.

**F**ili magis placet michi patientia & humilitas  
in aduersis qm̄ multa iubilacō & deuotio in  
psperis. vt qd̄ contrastat paruum factū & tra te  
dictū. **S**i ampliū fuisset moueri non debuisses. **P**ed

nunc permitte transire. Non est primū nec vltimum  
erit si diu vixeris. Satis virilis es q̄m diu tibi n̄l  
obuiat aduersi bene etiam consulis & alios nosci ro-  
borare verbis. Sed cū ad ianuā tuā venit repentina  
tribulatio deficis consilio & robore. Attende magnā  
fragilitatem tuam quā sepius experituris in modicis  
objectis. Tamen pro salute tua ista fiunt cum hec &  
similia cōtingunt. propone vt melius nosci ex corde  
et si te tetigit. nec tamen dēficiat nec diu implicet.  
Ad̄minus sustine pacienter si non potes gaudenter  
Etsi minus libenter audis & indignationem sentis.  
reponde te. nec paciaris aliquid inordinatum ex ore  
tuo exire. Vnde paruuli scandalisentur. Cito q̄elces  
commotione excitata & dolor internus dulcorabit  
reuertente gracia. Qd̄ huc viuo ego iuuare te parat̄  
et solito amplius consari. Di confisus fueris michi  
et devote inuocaueris aminequor esto & ad maiorem  
sustinentiam attingere. Non est totum frustratum.  
si te sepius percipis tribulatum vel grauiter temp-  
tatum. Homo es & non deus. Caro es & nō angelus  
Quomodo tu posses semper in eo dem statu virtutis  
permanere. quando hoc defuit angelo in celo & pri-  
mo homini in paradiſo. Ego sum qui merentes  
erigo sospitalitate & suam cognoscentes infirmitatē  
ad meam proueho diuinitatem. Domine benedictū  
sit verbū tuū dulce super mel & fauū ori meo. Quid  
facerem in tantis tribulacōibus & angustijs nisi me  
confortares tuis sanctis sermonibus dūmoto tandem  
ad portū salutis peruenero. Quid cure est q̄ & quāta  
passus fvero. Da finē bonū. felicē da in hoc transitū.  
Memento mei deus meus & dirige me in recto itinere  
in regnum tuum Amen. De altioribus rebus  
et occultis dei iudicij̄s non scrutandis. Cap. ix.

**F**ili caueas disputare de altis materijs et de  
occultis iudicij̄s dei. Cur iste sic relinquitur.

58

et iste ad tantam gratiam assūmitur. **C**ur etiā iste  
tantū affligitur. & iste tā eximie exaltat. **I**sta om̄em  
humana facultatem excedunt. nec ad īvestigandū  
iudiciū diuinū nulla ratio preualet. vel disputatio  
**Q**uando ergo hec tibi suggerit inimicus vel etiam  
curiosi inquirunt hōies. **R**esponde illud prophete.  
**J**ustus es dñe & rectū iudiciū tuū. **E**t illud. **J**udicia  
dñi vera iustificata ī semetipsa. **J**udicia mea me-  
tuenda sunt non discutienda qz humano intellectui  
sunt contemptibilia. **N**oli etiā inquire nec dispu-  
tare de meritis sanctorū quis alio sit sanctior. aut  
quis maior fuerit in regno celorum. **T**alia generant  
sepe lites & contentiones īutiles nutriunt quoq;  
superbiam & vanam gloriaz vnde oriuntur. īuidie  
et dissensiones. dum iste illū sanctū & aliis alium  
conatur superbe preferre. **T**alia autem velle scire et  
īvestigare nullum fructum afferunt. sed magis dis-  
plicent quia non sum deus dissentionis. sed pacis  
que pax in humilitate vera q; etiā in propria exalta-  
tione consittit. **Q**uddam zelo dilectionis trahuntur  
ad hos vel ad illos ampliori affectu. sed humano  
pacisq;m diuino. **E**go sū q; cunctos condidi sanctos  
ego donavi gratiam. ego prestici gloriam. ego noui  
singulorū merita. ego preueni eos in benedictionibus  
dulcedinis mee. **E**go presciui dilectos ante sec'la. ego  
elegi eos de mundo. non ipsi me preelegerunt. **E**go  
vocaui eos per gratiā. attraxi per misericordiam. **E**go  
perduxī eos per temptationes varias. **E**go infudi  
consolationes magnificas. **E**go dedi perseverantia.  
**E**go coronaui eorum patientiam. **E**go primum et  
nouissimum agnosco. **E**go omnes in estimabili di-  
lectione amplector. **E**go laudandus sum in oībus  
sanctis meis. **E**go super omnia benedicendus sū. et  
honorand; in singulis. q's sic gloriose magnificaui  
et pdestinaui sine ullis precedentib; p̄r̄is meritis.

**Q**ui vnū de minimis meis cōtempserit nec magnū  
honorat. quia pusillū & magnū ego feci. **E**t qui de-  
rogat alicui sanctoꝝ derogat a michi & ceteris dībus  
in regno sanctoꝝ. **O**mnes vnū per caritatis vinculū  
**I**dem sentiunt. idem volunt. & omnes in vnum se  
diligūt. **A**d huc autem quod multo alius est. plus  
me qm̄ sua merita diligūt. **N**ā super serapti. & extra  
propriaz dilectionem tracti toti in amorem mei per-  
gunt. **I**n quo & fructuue quiescunt. **N**ichil est qꝫ eos  
auertere possit aut reprimere. quippe qui eterna veri-  
tate pleni igne ardescunt inextinguibilis caritatis  
**T**aceant igitur carnales & animales homines de  
sanctorū statu dissenteret qui non norunt nisi priuata  
gaudia diligete. **D**emunt et addūt p̄ sua inclinacōe  
nō put placet eterne veritati. **I**n multis ē ignorātia  
evꝫ maxime pui parū illuīati. raro aliquem perfecta  
spirituali dilectione diligere norunt. **M**ultū ad huc  
naturali affectu & humana amicicia ad hos vel ad  
illos trahuntur. et sicut in inferioribus se habent ita  
et de celestibus ymaginantur. **S**ed est distantia in  
cōperabilis que imperfecti cogitant. & q̄ illuīati viri  
per teuelacionem supernā speculantur. **C**aue ergo fili  
de istis curiose tractare q̄ tuā scientiā excedunt. **S**ed  
hoc magis satage. & intende. vt vel minimus in reg-  
no dei queas inueniri. **E**t si quispiaz sciret quis alio  
sanctior esset. vel maior haberetur. in regno celorum  
quid hec notiā prodest. nisi se ex hac cognitione  
coram me humiliaret et in maiorem nominis mei  
laudem exurgeret. **M**ulto acceptius deo facit qui de  
peccatoꝝ suoꝝ magnitudine & virtutū suāꝝ puitate  
cogitat & qm̄ longe a sanctoꝝ perfectione distat qm̄  
is qui deorum maiestate vel paritate disputat.  
**M**elius est sanctos deuotis precibus et lacrimis ex-  
orare et eorum gloria suffragia humili mente  
implorare qm̄ evꝫ secreta vana inquisicōe pscrutari

59

**I**lli bene & optime contentantur si homines scirent contentari & vaniloquio cōpescere. **N**on gloriantur de propriis meritis quippe qui sibi nichil bonitatis ascribunt solū totū michi quoniam ipsi cuncta ex infinita caritate mea donauit. **T**āto amore diuinitatis replet⁹ et gaudio supereffluenti ut nichil eis glorie nichilq; possit deesse felicitatis. **O**mnes sancti quanto altiores in gloria. tanto huīliores in seipsis & michi viciniores & dilectiores existunt. **I**deo q̄ habes scriptum quia mittebant coronas suas ante deum et considerunt. in facies suas coram agno & adorauerunt viuentem in secula seculorum. **M**ulti querunt quis maior sit in regno dei que ignorant. an cū minimis erunt digni computari. **A**gnū est vel minimū esse in celo vbi omnes magni sunt quia filii dei vocabunt⁹ et erunt. **M**inimus erit in mille & peccator centum annorū morietur. **C**um enī quererent discipuli quis maior esset. in regno celorum. tale audierunt responsū **N**isi conuersti fueritis & efficiamini sicut parvuli nō intrabitis in regnum celorum. **Q**uicung⁹ ergo humiliauerit se sicut parvulus iste maior est in regno celorum. **V**e eis qui cū parvulis humiliare se sponte dediguntur quoniam humilis ianua regni celestis eos nō admettet intrare. **V**e etiā diuitibus qui habent hic consolationes suas q̄a pauperibus intrantibus in regnum dei ipsi stabunt. foris euilantes. **G**audete humiles et exultate pauperes quia vestrum est regnum dei si tamen in veritate ambulatis  
**Q**uod omnis spes & fiducia in solo deo est figenda.

**Capitulum lxi.**

**D**omine que est fiducia mea quā in hac vita habeo aut qđ maius solaciū meū ex dībus apparentibus sub celo. **N**onne tu dñe deus meus cui⁹ misericordie non est numerus. **V**bi michi bene fuit sine te. **Q**ut quād male esse potuit pñce te

**M**alo pauper esse ppter te qm diues sine te . Eligo  
pocius tecum in tra pegrinari qm sine te celum possidere  
**V**bi tu ibi celum atq; ibi mors & infernus . vbi tu no  
es . Tu michi in desiderio es . & ideo post te gemere et  
clamare & exorare necesse est . In nullo deniq; possum  
plene confidere . q; in necessitatibus auxilietur oportu  
nis nisi i te solo deo meo . Tu es spes mea tu solator  
meus et fidelissimus in omnibus . Omnes que sua  
sunt querunt . tu salutem meam & pfectum meum solu  
modo pretendis & omnia michi in bonum conuertis .  
Etiam si varijs temptationibus & aduersitatibus  
exponas . Hoc totum ad utilitatem meam ordinat qui  
mille modis electos tuos pbare consueisti . In qua  
probatione nonminus diligi debes & laudari qm si  
celestibus solacib; me repleres . In te ergo dñe  
deus meo pono totam spem meam & refugium . In te  
omnem tribulationem & angustiam constituo . quia  
totum infirmum & instabilem inuenio quicquid extra  
te conspicio . Non enim proderunt multi amici neg  
fortes auxiliarij adiuuare poterunt . nec prudentis  
consiliarij responsum utile dare . neg libri doctorum  
consolari nec aliqua preciosa substantia liberare nec  
locus aliquis secretus aut amenus contutari si tu  
ipse non assistas iuves confortes consolaris pretest  
instruas & custodias . Omnia namq; que ad pacem  
videntur esse & felicitatem habendam te absente nichil  
sunt . nichil felicitatis in veritate confertur . Finis  
ergo omnium honorum & altitudo vite & profunditas  
eloquiorum tu es & in te super omnia sperare fortis  
simum solacium seruoy tuoy . Ad te sunt oculi mei  
in te confido misericordiaz pater . Benedic & sancti  
fica animaz meam benedictione celesti ut fiat habi  
tatio tua sancta & sedes eterne glorie tue . Nichilq;  
in templo tue dignitatis inueniat quod oculos tue  
maiestatis offendat secundum magnitudinem bonitatis

60

tue & multitudinem miserationum tuarum respice in  
me & exaudi orationem serui tui longe exultantis in  
regione umbra mortis. Protege & conserua animam  
seruuli tui. inter tot dissimilia vite corruptibilis  
ac comitante gracia tua dirige in viam ad patriam  
perpetue claritatis Omen.

**E**xplicit liber interne consolationis qui est tertius de  
imitacione Christi. Sequitur tabula huius libri tertij de  
interna Christi locutione ad animam fiducem. Cap.

**Q**uod veritas intus loquitur sine strepitu verborum i.

**Q**uod verba dei cum humilitate sunt audienda et quod ea  
multi non ponderant ii.

**O**ratio ad implorandum deuotiois gratiam iii.

**Q**uod in veritate & humilitate coram deo sustinendum est iv.

**D**e mirabili effectu divini amoris. v.

**D**e probatione veri amoris vi.

**D**e occultanda gratia sive humilitatis custodia vii.

**D**e vili estimacione sui ipsius in oculis dei viii.

**Q**uod oia ad deum sicut ad finem ultimum se referenda ix.

**Q**uod spredo mundo dulce est seruire deo x.

**Q**uod desideria cordis examinanda sunt xi.

**Q**uod de informacione patientie & luctamine aduersus  
concupiscentias xii.

**D**e obedientia humiliis subditi ad exemplum Ihesu  
christi xiii.

**D**e occultis dei iudicis considerandis ne extollamur xiv.

**Q**ualiter standum sit et dicendum in omni re desiderabili xv.

**O**ratio pro beneplacito dei perficiendo xvi.

**Q**uod verum solaciunum in solo deo est querendu xvii.

**Q**uod omnis sollicitudo in deo statuenda sit xviii.

**Q**uod temporales miserie exemplo christi equanimiter  
sunt ferende xix.

- De tollerantia iniuriaꝝ et qꝫ paciens cōprobet xx.  
De confessione xp̄ie infirmitatis et hꝫ vite mihiꝫ xxi.  
Qꝫ in deo sup̄ oīa bona et dona regescendū est xxii.  
De recordacione multipliciū beneficiorū dei xxiii.  
De quatuor magnū importantibus pacē xxiij.  
Ibidem oīo ſ malas cogitacōes et oīo p̄ illuīacōne  
mētis. De cuitacōe cōfōfe in qſicōe ſup̄ alīꝫ vita xxv.  
In quibus par cordis et verus pfectus aſſitit xxvi.  
De eminentia libere mentis quā ſupplex oīo magis  
metetur qm̄ frequens lectio xxvii.  
Qꝫ priuatus amor a ſummo bono retardat xxviii.  
Ibidē oīo p̄ purgacōe cordis et celeſti ſapiētia xxix.  
Contra lingwas detractorum xxx.  
Qualiter instantे tribulacōe deſ inuocandꝫ eſt xxxi.  
De diuino p̄tenendo auxilio et aſſidentia recuperande  
gracie xxxiij.  
De negleſtu oīis creare ut cator poffit inueniri xxvij.  
De abnegatione ſui et abdicatione omnis cupiditatis xxviii.  
De instabilitate cordis et d̄ intēcōe finali ad deū xxv.  
Qꝫ amanti ſapit deſ ſup̄ oīa et in omnibus xxvij.  
Qꝫ nō eſt ſecuritas a tēptacōe in illa vita xxvii.  
Contra vanam hominum iudicia xxviii.  
De pura et integra resignatione ſui ad obtinendum  
cordis libertatem xxix.  
De bono regimine in exercicijs et recurſu ad deū xl.  
Qꝫ homo non ſit importunus in negotijs xlj.  
Qꝫ homo nichil boni ex ſe habet et de nullo gloriari  
poteſt rlj.  
De contemptu omnis temporalis honoris xlj.  
Qꝫ par non eſt ponenda in hominibus xlj.  
Contra vanam et ſecularem ſcientiam xlv.  
De non attrahendo ſibi res exteriores xlvi.  
Qꝫ omnibus non eſt credendum et de facilī lapsu  
verborum xlvj.

**D**e confidentia in deo habenda quando insurgunt  
verbis iacula

lxvij.

**Q**uod dia grauia p eterna vita se tolleranda

xlix.

**D**e die eternitatis et huius vite angustias

l.

**D**e desiderio eterne vite et quanta sint bona promissa

li.

**Q**ualiter homo desolatus se debet deo offerre

lin.

**Q**uod huilibz insistendu est opibus deficit a summis

lin.

**Q**uod homo non reputet se consolacione dignum

lin.

**Q**uod gracia dei non miscetur terrena sapientibus

lx.

**D**e diuersis motibus nature et gracie

lxj.

**D**e corruptione natu et efficacia gracie diuine

lvii.

**Q**uod nos metipos abnegare debemus et christum sequi

lvij.

**Q**uod homo non sit nimis deiectus quando in aliquos  
labitur defectus

lx.

**D**e altioribus rebus et occultis dei iudicij non scrutadis

lx.

**Q**uod ois spes et fiducia in solo deo est figenda

lxj.

**S**equitur nunc liber quartus de imitacione christi  
in quo tractatur de venerabili sacramento altaris.

**S**equitur deuota exhortatio ad sacram cristi  
conunionem.

**Vox christi.**

**V**enite ad me omnes qui laboratis et  
onerati estis et ego reficiam vos dicit  
dominus. Panis quem ego dabo caro mea  
est pro mundi vita. Accipite et comedite  
hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur  
hoc facite in meam commemorationem. Qui  
manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me  
manet et ego in eo. Verba que locutus sum vobis spiritus  
et vita sunt. **Cum quanta sit deuotione christus**  
**suscipiendus.** **Vox discipuli.** **Cap. i.**

**H**ec sunt verba tua christe ihesu veritas eterna  
quae non uno tempore plena nec in uno loco  
scripta. Quia ergo tua sunt hec verba gratiantur  
michi et fideliter cum data sunt audienda et accipienda. Tua  
sunt et ea petulisti et mea que sunt pro salute mea ea

edidisti libenter ea suscipio ex ore tuo ut arcus inse-  
rant cordi meo. Excitat me verba tate pietatis pleia  
dulcedinis et dilectionis. Si terrent me delicta propria  
et ad capienda tanta mysteria me reuerberat impura  
sciecia puerat me dulcedo verborum tuorum. Sed onerat  
me mortalitudo viciorum meorum. Jubes ut fiducialiter ad te  
accedas si tecum velim habere partem et ut immortalis  
tatis accipi alimoniam. si eternam cupiam obtinere vitam  
et gloriam. Venite inquit ad me omnes qui laboratis  
et onerati estis et ego reficiam vos. Dulce et amica-  
bile verbum in auro peccatoris quod tu domine deus  
meus egenum et pauperem invitatus ad communionem  
sanctissimi corporis tui. Sed quis ego sum domine  
ut ad te presummas accedere. Ecce celi celorum te non  
capiunt et tu dicas. venite ad me omnes. Quid vult  
sibi ista benignissima dignacio et tam amicabilis in-  
 uitatio. Quomodo ausus ero venire ad te qui nichil  
boni sum conscius. unde presumere possum. quomodo  
te introducam in domum meam qui sepius offendit  
benignissimam faciem tuam. Reuerentur Angeli et  
archangeli metuunt sancti et iusti et tu dicas. venite  
ad me omnes. Nisi tu domine hoc dicentes quis ve-  
hoc crederet. Et nisi tu iuberes. quos accedere attempta-  
ret. Ecce noe vir iustus in archa quam fabricauit cen-  
tum annis laborauit ut cum paucis saluaretur. Et  
ego quomodo potero me una hora preparare ut mudi  
fabricatorem cum reuerentia summam. Moyses fa-  
mulus tuus magnus et specialis amicus tuus archa  
ex imputrebus lignis fecit et eam mundissimo  
auro vestiuit ut tabulas legis in ea reponeret. Et  
ego putrida creatura audebo te creatorum et vite da-  
torem tamen facile suscipere. Salomon sapientissimus  
regum israhel templum magnificentem septem annis  
in laudem nominis tui edificauit. Et octo diebus  
festum dedicationis eius celebravit et mille hostias

62

pacifcas obtulit et archam federis in clangore bue-  
cine et iubilo in locum sibi pteparatum sollemniter  
collocavit. **E**t ego infelix & pauperissimus hominum  
quomodo in domum meam te introducam. qui vix  
expendere noui mediani horā deuotā & vere vix semi  
mediaz. **O** mi deus quantum illi agere studiunt  
ad placendum tibi. heu qm pusillum est q ego ago  
qm breue expleo tempus. cū me ad cōmunicandum  
dispono. **R**aro totus recollectus rarissime ab omni  
distractione purgatus. **E**t certe in tua salutari deita-  
tis presentia nulla debet occurrere indecens cogitacō  
**N**ulla etiam occupare creatura quia non angelum  
sed angelorum dominū suscepturnus sū hospicio. **E**t  
tamen valde magna distantia est. inter archaz fide-  
ris cū suis reliquijs & mundissimū corpus tuum cū  
suis ineffabilibus virtutibus inter legalia illa sacri-  
ficia futurorū figuratiua & veraz tui corporis hostiaz  
omnium sacrificiorū antiquorū cōpletium. **Q**uate  
igitur non magis ad tuam venerabilem in ardesco  
presentiā. **C**ur me non maiori preparo sollicitudine  
ad tua sancta sumenda. quādo illi sancte patriarche  
et prophete reges quoq & principes cum vniuerso  
populo tantū deuotionis demonstrauerunt effectū  
circa cultum diuinum. **H**altauit deuotissimus ux  
**D**avid coram archa dei totis viribus. recolens bene-  
ficia olim indulta patribus. fecit diuersi generis  
organa psalmos edidit & cantare instituit cū leta-  
nia. **C**ecinit & ipse frequenter in cythara spiritus  
sandi afflatus gracia. **D**ocuit populum israhel toto  
corde laudare & ore consono diebus singulis bene-  
dicere & predicare. **P**i tanta agebatur deuotio ac  
diuine laudis extitit recordatio corā archa testamēti  
qnta nunc michi & omni populo cristiano habenda  
est reuerentia & deuotio in presencia sacramenti in  
sumptione excellentissimi corporis cristi. **C**urrent

multi ad diuersa loca p visitādis reliquias. sanctos  
et mirantur auditis gestis eorum et ampla edificia  
templorum inspiciunt & osculantur seritis & auro  
inuoluta sacra ossa eorum. Et ecce tu presens es hic  
apud me in altari deus meus sanctus sanctorum crea-  
tor omnium hominum & dominus angelorum. Depe in talibus  
videndis curiositas est hominum & nouitas inuisitorum  
et modicus reportatur emendationis fructus maxime  
vbi est tam leuis sine vera contitione discursus. Hic  
autem in sacramento altaris totus es presens deus  
meus homo Christus Ihesus ubi copiosus percipitur.  
eterne salutis fructus quociescunq; fueris digne et  
deuote susceptus. Qd istud vero non trahit levitas  
aliqua nec curiositas. aut sensualitas. sed firma fides.  
deuota spes & sincera caritas. O inuisibilis conditor  
mundi deus quoniam mirabiliter agis nobiscum. quoniam gracie  
et suauiter cum electis tuis disponis quibus temetipsu  
in sacramento sumendum proponis. Hoc namque  
omnem intellectum superat. hoc specialiter deuotorum  
corda trahit et attendit ad effectum. Ipsi vero fideles  
tui qui totam vitam suam ad emendationem dispo-  
nunt ex hoc dignissimo sacramento magna deuotio-  
nis gratia & virtutis amorem frequenter recipiunt.  
O admirabilis et abscondita gracia sacramenti quam  
norunt tantum Christi fideles. Infideles autem et pec-  
catis servientes experiri non possunt. In hoc sacra-  
mento confertur spiritualis gracia et reperatur in  
anima virtus amissa & per peccatum deformata redit  
pulcritudo. Tanta est aliquando haec gracia ut ex  
plenitudine collate deuotionis non tantum mens  
sed et debile corpus vires sibi prestatas senciat am-  
pliores. Dolendum tamen valde & miserandum super  
tepeditate & negligentia nostra quoniam non maiori affec-  
tione trahimur ad Christum sumendum in quo tota spes  
nostrae salutationis consistit et meritum. Ipse enim est

63

sanctificatio nostra et redemptio. Ipse consolatio  
viatorum et sanctorum eterna fruicio. Volendum est  
itaq; valde q; multi tam paru hoc misteriu salutare  
aduertunt q; celum letificat et mundum conseruat  
vniuersu. Deu cecitas & duricia cordis humani tam  
ineffabile bonu non magis accedere & ex cotidiano  
usu etiā in aduententiaz defluere. Si enī hoc sacratis-  
simū sacramentū in uno tantū celebraretur loco et  
ab uno tantū consecraretur sacerdote in mundo q̄nta  
putas desiderio ad locū illū & ad talem dei sacerdotē  
hōies afficerent ut diuina misteria celebrare vide-  
rent. Nunc autem multi facti sunt sacerdotes et in  
multis locis offertur cristus ut tanto maior appareat  
gracia et dilectio dei ad hōies quando lacius est sa-  
cra cōmunio diffuso per orbem. Gracias tibi bone  
Ihesu pastor eterne qui nos pauperes et exules dig-  
natus es precioso corpore & sanguine tuo reficere et  
ad hec misteria percipienda etiā proprioris tui allo-  
quio inuitare dicendo. Venite ad me omnes qui  
laboratis & onerati estis et ego reficiā vos.

**Q**m magna bonitas & caritas dei in sacramento  
exhibetur homini vox discipuli. **C**ap. ii.

**S**uper bonitate tua & magna misericordia  
tua dñe confisus acteō eger ad saluatorem  
esuriens & siciens ad fontem vite. Egenus  
ad regem celi seruus ad dñm creatura ad creatorem  
desolatus ad meū piū saluatorem. Sed vnde hoc  
michi ut venias ad me. Quis ego sū ut p̄stas michi  
teipsū. Quomodo audet peccator coram te apparere  
et tu quomodo dignaris ad peccatorem venire. Tu  
nosc̄ seruū tuū et scis quia nichil boni in se habet.  
Vnde hoc illi p̄stas. Confiteor igitur vilitatem meā  
agnosco bonitatem tuā. lauto pietatem & voluntatē  
et gracias ago propter nimiam caritatem propter

te metipsum enim hoc facis non propter mea merita  
ut bōitas tua mihi magis innotescat· caritas ap̄lior  
ingeratur & humilitas perfectius emendetur. Quia  
ergo tibi hoc placet & tu sic fieri iussisti. Placet & dig-  
natio tua mihi & utinam iniq̄tas mea non obſtitat  
O dulcissime & benignissime ihesu quanta tibi reue-  
tentia ē & gratia p̄ actio· cū p̄petua laude p̄ ſuſcep̄tione  
ſacri corporis tui debetur· cuius dignitatem nullius  
hominum explicare potens inuenitur. Sed quid co-  
gitabo melius & ſalubrius niſi meipſum totaliter hu-  
miliando & tuā infinitā bonitatē exaltanto ſupra me  
laudo te deus meus et exaltabo te in eternū· despicio  
me & ſub iugio tibi profundū utilitatis mee. Ecce tu  
ſancte ſanctorū & ego fōrdes peccatorū. Ecce inclines  
tu te ad me et tu vis eſſe mecum · tu inuitas me an-  
quiuū tuū. Tu mihi date viſ celeſtē cibū et panem  
angelorum ad manducandū· nō alium ſanctū quā  
teipſū panem viuū qui de celo dēſcendisti et das vitā  
mundo. Ecce vnde dilatio p̄cedit qualis dignatio  
illud eſcit q̄m magne graciārum actiones & laudes  
pro h̄ijs debentur. O q̄m ſalutare & utile conſilium  
tuū · cum iſtud iſtituisti q̄m ſuaue & iocundum q̄  
teipſū incibū donasti. O q̄m admirabilis operatio  
tua domine. q̄ potens virtus tua q̄ infallibilis veri-  
tas tua. Dixisti enim et facta ſunt omnia et factum  
est hoc quod iussisti. Mira res & fide digna & hūanū  
vincens intellectum· quod tu dñe deus meus verus  
deus & homo ſub modica ſpecie panis & vini integer  
contineris· & ſine conſumptione a ſūmente mandu-  
caris. Tu domine vniuersorum qui nullius habes  
indigentiaz voluisti per ſacramentū tuum habitare  
in nobis. Conſerua cor meū et corpus meū immacu-  
latum ut leta et pura conſientia · ſepiuſ tua valeaz  
celebrare mīſteria · et ad meam perpetuam accipere  
ſalutem que p̄cipue ad tuū honorem & memoriale

per hennē sanguistī & instituistī. **L**etare anima mea et  
gracias age deo pro tam nobili munere et solatio  
singulari in hac lacrimarum valle tibi relicto. **N**am  
quocies hoc misteriū recolis & corpus Christi accipis  
tociens tu redēptionis opus agis et particeps om-  
nium meritoꝝ Christi efficeris. caritas enī Christi nunqꝝ<sup>z</sup>  
minuitur et magnitudo propiciacionis eius nunqꝝ<sup>z</sup>  
exhauritur. **I**deo noua semper mentis renovatione  
ad hoc te disponere debes & magnū salutis misteriū  
attenta consideratione pensare. **I**ta magnum & io-  
cundum & nouū tibi videri debet cum celebras vel  
missam audis. ac si eadem die Christus primum in  
uterum virginis descendens homo factus esset aut  
in cruce pendens pro salute hominum pateretur et  
moreretur.

**Q**uād utile sit sepe communicare

**Vox discipuli.**

**Capitulum iij.**

**E**cce ad te venio ut bene michi sit ex munere  
tuo et letificer in quietudine sancto tuo qđ parasti  
in dulcedine tua pauperi deus. Ecce in te est  
totū qđ desiderare possū et debeo. **T**u salus mea et  
retemptio. spes & fortitudo. decus & gloria. Letifica  
ergo hodie animaz secui tui quoniam ad te dñe ihesu  
aīam meā leuaui. desidero nunc te deuote & reuerent  
accipere cupio te in domū meā inducere q̄tenuis cum  
zachedo metear a te bñdici ac int̄ filios abrahā & pu-  
tati. **A**nīa mea corpus tuū concupiscit cor meū tecū  
vñtri desiderat. **T**rade te michi et sufficit. **N**az preter  
te nulla consolatio valet. sine te esse nequeo. et sine  
visitatione tua viuere non valedo. **I**deo qz oportet  
me frequenter ad te accedere & remediuū salutis mee  
te accipere. ne forte deficiam in via si fuerō celesti  
fraudatus alimonia. **H**ic enim tu misericordissime  
Ihesu predicans populis et variis curans languo-  
res aliquando dixisti. Nolo eos ieūnos dimittere in  
domū suam ne deficiant in via. O ge ergo hoc meū

modo qui pro fidelium consolatione te in sacramento reliquisti. Tu es enim suavis refectio anime. et qui te digne manducauerit particeps et heres erit eterne glorie. Necessarium quidem michi est. ut qui tam sepe labor et pecco. tam cito torpesco et deficio ut per frequentes orationes et confessiones ac sacramenti tui corporis perceptionem me renouem et mundem et accendam ne forte diutius abstinenzo a sancto proposito defluam. Primi enim sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua et nisi succurrat diuina medicina labetur homo mox ad peiora. Retrahit ergo sancta communio a malo et confortat in bono. Si enim modo tam sepe negligens sum et tepidus quanto communio aut celebro quid fieret si medelam non sumerem et tamen grande iuuamen. non quererem et licet omni die non sim aptus nec ad celebrandum bene dispositus. Dabo tamen operam cognitis temporibus diuina percipere sacramenta sive mysteria ac tante gracie partipem me prebere. Nam hec est una principalis fidelis anime consolatio quod diu peregrinatur a te in mortali corpore ut sepius memor dei sui dilectum suum deuota suscipiat mente. O mira circa nos tue pietatis dignatio. quod tu domine deus creator et viuificator omnium spirituum ad pauperculam dignaris venire animam et cum tota diuinitate tua ac humilitate eius impugnare esuriem. O felix et beata anima que te dominum suum metetur deuote suscipere in tua susceptione spirituali gaudio repleti. O quam magnum suscepit dominum. quam dilectum inducit hospitem. quam iocundum recipit socium. quam fidelem acceptat amicum. quam speciosum et nobilem amplectitur sponsum per omnibus dilectis et super via desiderabilia amandum. Sileant a facie tua dulcissime dilecti deus meus celum et terra et omnes ornatii eorum. quoniam quicquid laudis habet et decoris ex dignatione est

65

tue largitatis et ad decorum tui perueniet nominis  
cuius sapientie non est numerus. ¶

**Q**2 multa bona p̄stan̄ deo te 9municātib⁹. Ca. iiii.

**D**omine deus meus preueni seruum tuum in  
benedictionibus dulcedinis tue ut ad tuum  
magnificum sacramentum digne et devote  
meretur accedere. Excita cor meū in te et a graui tor-  
pore erue me. Visita me i salutari tuo ad gustandum  
in spiritu suavitatem tuā que in hoc saēmento tanq;  
in fonte plenarie lacet. Illuīna quoq; oculos meos  
ad intuendum tantū misteriū os ad credendum illud in-  
dubitata fide me roboza. Est enī operatio tua non  
humana potentia tua sancta instruccio non homīs  
ad inuencō. Non enī adhuc capienda et intelligenda  
aliquis yto neus per se reperitur que angelicā ctiāz  
sublimitatem excedunt. Quid ergo ego peccator in-  
dignus terra os cinis de tam alto secreto peteo in-  
vestigare et capere. Domine in simplicitate cordis mei in  
bona firma fide et in tua iussione ad te cū spē et re-  
tentia accedo. os vere credo quia tu presens es hic in  
saēmento. Vis ergo ut te suscipiaz os m̄ipsū tibi in  
caritate vniā. Vnde precor tuā clementiā et specialiē  
ad h̄c imploro mihi dare graciā vt totus in te lique-  
fiam. et amore p̄cessuam et de nulla alia sc̄u aliqua  
consolacione amplius me intromittaz. Est enī h̄c  
altissimū os dignissimū sacramentū. salus anime et  
corporis. medicina omnis spiritualis languoris in  
quo vicia mea curantur passiones frenantur temp-  
tationes vincuntur et diminuuntur. Gracia maior  
infunditur. virtus incepta augetur. firmatur fides.  
spes roboratur caritas ignescit et dilatatur. Multa  
tanq; bona largit̄ es et adhuc sep̄is largiri in saē-  
mento dilectis tuis devote communicantibus diis  
meus susceptor anime mee reparator infirmitatis hu-  
mane et tacitus dator consolacionis eterne. Sā multā

temporis consolationem aduersus variam tribula-  
tionem infundis . & de imo dejectionis proprie ad  
spem tue prectionis etigis atq; noua quadā gratia  
eos intus viuificas recteas & illustras ut qui anxi  
primū et sine affectione se ante communione senserant  
postea refecti cibo et potu celesti in melius se mutatos  
inueniant . **Q**uid igitur cū electis dispensanter agis  
ut veraciter agnoscant et potenter experiantur . quā-  
tū infirmitatis ex seipsis habeant et quid bonitatis  
et gracie ex te consequentur . quia ex seipsis frigidia  
duri et indeuoti . ex te autem seruentes alacres et de-  
uoti esse merentur . **Q**uis enī ad fontem suavitatis  
humiliter accedens non modicum suavitatis inde  
reportauit . **A**ut quis iuxta copiosū ignem stans nō  
parū caloris inde percipit et tu fons es et nunquam  
deficiens . **V**nde si non licet haurire de plenitudine  
fontis neg̃ ṽlq; ad societatem potare apponā tamen  
os meū ad foramen celestis fistule ut salē modicam  
inde guttalā capiā . ad reuocillandā sitū meā et non  
penitus arescā . **E**t si nec dum celestis et tam ignitus  
vt cherubin et seraphin esse possim . conabor tamen  
deuotioni insistere et cor meū preparare ut vel mo-  
dicam diuini incendij flāmaz ex humili susceptione  
viuifī sacramenti acquirā . **Q**uitquid autem mihi  
deest ihesu bone saluator sanctissime tu pro me sup-  
ple benigne ac gracie qui a te homines dignatus  
es vocare dicens . **V**enite ad me omnes qui labortis  
et onerati estis et ego reficiam vos . **E**go quidem la-  
boro in sudore vultus mei dolore cordis torqueor .  
peccato oneror . temptationibus inquietor . multis  
malis passionibus implicor et tremor & non est qui  
adiuuet . non est qui liberet . et saluū faciat . nisi tu  
domine deus saluator meus cui cōmittō me et oīa  
mea . ut me custodias et perducas in vitam eternaz .  
**D**ulcipe me in laudem et gloriam nominis tui qui

66  
corpus tuū et sanguinem in cibū et potū michi pre-  
parasti. Presta domine deus salutatis meus ut cum  
frequenatione misterij tui crescat in me deuotionis  
affctus. ¶ De dignitate sacramentī  
et dignitate sacerdotali. Vox dilecti. Cap. v.

Si habeas angelicā puritatem et sancti Io-  
hannis baptiste sanctitatem nō es dignus  
hoc sacramentū accipere et tractare. Non  
enī meritis hoc debetur hominū quod homo conse-  
cuet et tractet xp̄i sacramentū et sumat in cibū panē  
angeloz. Grande misteriū & magna dignitas sacer-  
dotum quibus datū est quod angelis non est & cessū  
Soli nanḡ sacerdotes rite in ecclesia ordinati po-  
testatem habent celebrandi. et corpus xp̄i cōsecrandi  
Sacerdos quidem minister est dei. vtens verbo dei.  
per iussionem et institutionem dei deus autem prin-  
cipalis est ibi auctor & invisibilis operator. cui subest  
omne quod voluerit. et paret omne quod iussit.  
Plus ergo deo credere debes omnipotenti in hoc ex-  
cellentissimo sacramento quam proprio sensui aut  
alicui signo visibili. Ideoq; cū timore et reuerentia  
ad hoc opus accedendum est. Attende tibi et vide  
cūlū misteriū tibi traditum est. per impositionem  
manus episcopi et tu sacerdos factus es et ad cele-  
brandū cōsecratus. Vide nunc vt fideliter et deuote  
in suo tempore deo sacrificiū offeras & teipsū irrepre-  
hensibilem exhibeas. Non alleuiasti onus tuū sed  
artiori iā obligatus es vinculo discipline & ad ma-  
iorem teneris perfectionem sanctitatis. Sacerdos  
omnibus virtutibus debet esse ornatus. et alijs bo-  
ne vite exemplū prebere. Eius conuersatio non cū  
popularib; et munib; hominū vijs sed cū ange-  
lis in celo aut cum perfectis viris in terra debet esse.  
Sacerdos sacrī vestibus induitus xp̄i vices gerit vt

dū p se et pro omni populo suppliciter et humiliter  
roget. **H**abet ante se & retro se dominice crucis signū  
ad memorandū iugiter xp̄i passionem. ante se crucē  
in casula portat ut xp̄i vestigia diligenter inspiciat  
et sequi feruenter studeat. **P**ost se crucē signatus est  
ut aduersa quilibet illata ab h̄is clementer pro deo  
tolleret. **A**nte se crucem gerit ut propria peccata lu-  
geat. **P**ost se ut aduersa alioꝝ etiā cōmilla percom-  
passionem. defleat. et se mediū inter dū & peccatorū  
constitutum esse sciāt. nec ab oratione et oblatione  
sancta torpescat donec graciā & misericordiā impetrī  
meteat. **Q**uando sacerdos devote celebrat deum  
honorat angelos letificat viuos adiuuat. defunctis  
requiem parat & se oīm bonoꝝ participem efficit.

**C**ontra interrogatio de exercicio ante communionem  
**V**ox discipuli. **C**apitulū vi.

**C**um tuaz dignitatem dñe et meā vilitatim  
penso valde cōtremisco & ī me ipso ɔſunctor  
**S**i enī non accedo vitam fugio et irdigne  
me ingressero offendam incurro. Quid ergo faciam  
deus meus auxiliator meus in necessitatibus meis.  
**T**u doce me viā rectā. ppone breue aliquod exercicium  
sacré eūnioni congruū. **V**tile est mī scire qualiter  
scilicet devote et reuerenter tibi preparare deo et cor  
meū ad recipiendū salubriter tuū saēmentū seu etiā  
celebrandū tam magnū et diuinū sacrificiū.

**C**ontra discussione proprie ɔscientie et emendacionis  
proposito. **C**apitulum vii.

**S**uper omnia cū summa humilitate & simplici  
teuerentia et plena fide et pia intentione ho-  
notis dei ad h̄ saēmentū celebrandū tractādū  
et sumendū oportet dei sacerdotem accedere diligē  
ex aia ɔscientiā tuā & proposse tuo vera cōtricione et  
huili ɔfessione eā munda & clarifica. ita vt nil graue  
haberas aut scias qđ te remordeat. & liberū accessum

67

impedit habeas displicentiā omniū peccatorū tuorū  
in generali et pro cotidianis excessibus magis in  
speciali doleas et gemas. et si tempus patitur deo  
in secreto cordis cunctas cōficerē passionū tuarū mi-  
serias. **I**n gemisce os dole q̄ ita carnalis adhuc es et  
mundanus taz immortificatus a passionibus tam  
plenus concupiscentiarū motibus. tā incustoditus in  
sensibus exterio rībō. tā sepe multis fantasij s̄ implicat.  
tā multū inclinatus ad exteriora. tā leuis ad risū et  
dissolutionem. taz durus ad fletū et cōpunctionem.  
tā prōptus ad luxuriā et carnis 9moda. tā segnis ad  
rigorem et feruorem. tā curiosus ad noua audienda  
et pulcta videntia. taz remissus ad huīlia os abiecta  
amplectanda. taz cupidus ad multa habenda. tam  
parcus ad dandū. taz tenax ad retinendū. taz in con-  
sideratus in loquendo. taz incontinentis in tacendo. tā  
incōpositus in moribus. taz importunus in actibus.  
tā effusus super cibū. tā surdus ad dei verbū. tā velox  
ad quietem. taz tardus ad laborem. taz vigilans ad  
fabulas. tā somnolent. ad vigilias sacras. tā festin. ad  
finem. taz fagus ad attendendū. taz negligens in  
horis persoluendis. tā tepidus in celebrando. tā tar-  
dus in 9municando. tā cito distractus. tā raro plene  
recollectus. taz subito cōmotus ad irā. taz facilis ad  
alterius displicentiā. taz pronus ad iudicandū. tam  
rigidus ad arguendū. tā letus ad prospera. tā debi-  
lis in aduersis. tam sepe multa bona proponens et  
modicū ad effectū pducens. **H**is et alijs defectibus  
tuis cū dolore & magna displicentiā xprie & infirmi-  
tatis confessis os deploratis. firmū statue propositū  
emendandi vitā tuā os in melius pficiendi. **D**einde  
cū plena resignacōe & integra voluntate offer teipſū  
in honorem nominis mei. in ara crucis cordis tui-  
ni holocaustū ppetuū corpus tuū scilicet aīam michi  
fidelem committendō quatinus sic digne metearis

ad offerendum deo sacrificiū accedere et sacramentū  
corporis mei salubriter suscipere. Non enī est oblacō  
dignior & satisfactiō maior pro peccatis diluendis  
q̄ seipſū pure & integre cum oblatione corporis cristi  
in missa & in communione deo offerre. Si fecerit hōc qđ  
in se est. et vere penituerit quociescunq; pro venia &  
gracia ad me accesserit. Vnde ego dicit dominus  
nolo mortem peccatoris sed magis ut cōuertatur et  
vivat quoniā peccatorū suorū nō recordabor amplius  
sed cuncta sibi indulta erunt.

De oblacōe xp̄i in cruce & propria resignacōe. Cap. viij  
**S**icut ego meipsum expansi in cruce manibus  
et nudo corpore pro peccatis tuis deo patri  
sponte ita ut nichil in me remaneret quin  
totū in sacrificiū diuine placationis transiret. Ita  
debes et tu teipſū michi voluntarie in oblacōe purā  
et sanctā cotidie in missa cū dībus virib; & affectiō-  
nib; tuis. q̄nto intimius vales offerre. Quid magis  
a te requiro qm̄ ut tu te studeas michi ex integro  
offerre & resignare. Quicquid p̄te teipſū das nichil  
curo q̄a non requiro datū tuū sed te. Sicut non suf-  
ficeret tibi omnibus habitis preter me. ita nec michi  
placere poterit. q̄cquid dederis te non oblatio. Offer  
te mihi & da te totū p̄ deo & erit accepta oblacō. Ecce  
ego me totū obtuli deo patri pro te etiam dedi totū  
corpus meū & sanguinem in cibum & potū. vt totus  
tuꝝ essem & tu meus permaneres. Si autem in teipso  
steteris nec sponte te ad voluntatem mēā obtuleris.  
nō est plena oblatio nec integra inter nos erit vniō.  
Igitur omnia opera tua precedere debet spontanea  
tuipſius in manus dei oblatio. si libertatem conseq̄  
et graciā velis. Ideo enim tam pauci illuminati &  
liberi intus efficiuntur quia seipſos ex toto abnegare  
nesciūt. Et firma sententia mea nisi q̄s renūciauerit  
dībus que possidet nō potest meꝝ esse discipulꝝ. Tu

ergo si optas meus esse discipulus offer teipsum mihi  
cū dībus affectibus tuis. **Q**uod nos et oīa nostra deo  
offerre et pro dībus orare debemus. **C**ap. ix.

68

**D**omine oīa tua sunt que in celo sunt et que  
in terra desidero meipsum tibi in spontaneaz  
oblationem offerre et tuus perpetue manere.  
**O**mne i simplicitate cordis mei offerre tibi oīa peccata  
et delicta mea q̄ cōmisi corā te et sanctis angelis tuis  
a die qua primo peccare potui usq; ad horā hāc sup  
placabili altari tuo offero etiā meipsum tibi hodie in  
seruum sempiternū in obsequiū et sacrificiū laudis  
perpetue. **S**uscipe cū hac oblatione sancta tui pre-  
ciosi corporis quaz tibi hodie in presentia angelorū  
inuisibiliter assistentiū offero vt sit p̄ me et p̄ cuncto  
populo tuo in salutem remissionem peccatorū meorū  
tibi in altari tuo a me oblatoꝝ vt tu oīa pariter in-  
cendas et 9buras igne caritatis tue deleas vniuersas  
maculas peccatorū meorū et conscientiā meā ab omni  
delicto emundes et restituas mihi graciā tuā quaz  
peccādo amisi oīa mihi plene indulgedo et in osculū  
pacis tue me misericorditer recipiendo. **Q**uid possū  
agete pro peccatis meis nisi huīliter ea confitendo  
et lamentando et tuā propiciationem incessanter de-  
precando. **D**eprcor te exaudi me xp̄cius vbi assisto  
corā te deus meus. **O**mnia peccata mihi marie displi-  
cent nolo ea amplius vñquā perpetrate. **S**ed p̄ eis  
doleo et dolebo q̄diū vixero parat̄ penitentiā agere  
et proposse satisfacere. **D**imitte michi deus meus.  
dimitte mihi peccata mea propter nomē sanctū tuū  
salua anīaz meaz quā precioso sanguine tuo redemi-  
sti. **E**cce committo me misericordie tue. resigno me  
manibus tuis age mecum secundū bonitatem tuā nō  
secundū meā maliciā et iniqtatē. Offero tibi etiā oīa  
bona mea q̄uis valde pauca et imperfecta ut ea emen-  
des et scūfices et ea grata habeas et accepta tibi facias

et semper ad meliora trahas. nec non ad beatum et laudabilem finem me pigiū et inutilem hominem perducas. **O**ffero quoq; tibi oīa desideria deuotorū. necessitates parentū amicorū fratrū sororū omniūq; carop meorū et eoz michi aut alijs propter amorem tuū beneficerūt & qui orationes & missas p se suilg dībus dīci a me desiderauerūt & pecierūt siue in carne adhuc viuāt siue iam a seculo defuncti sint ut omnes sibi auxiliū gracie opem consolationis et ptectionē a periculis. liberationem a peccatis aduenire senciat et vt ab vībz malis etepti gracias tibi magnificas leti persoluant. **O**ffero etiā tibi preces et hostias placationis pro illis specialiter q me in aliquo leserunt contristauerunt aut vituperauerūt. vel alid damnū vel grauamen intulerunt. **P**ro hīs quoq; omnibus quos aliquando contristauī cōturbauī grauauī scādalisaui. verbis aut factis scienter vel ignoranter vt dībus nobis parīc indulgeas peccata nra & mutuas offensiones. Quisser dñe a cordibus nostris omnem suspicionem indignacōem irā. & discep tacōes & qcqd potest caritatē ledere et fratrnā dilectionē minuere. **M**iserere michi dñe secundū misericordiā tuā. poltētibus da graciā indigentibus veniā & fac nos tales existere vt simus gracia tua digni perfaci et ad vitā proficiamus eternā. **Q**uā sacra cōmunionē non est relinquenda de facilī.

**C**ap. x.

**F**requenter recurrendū est ad fontē gracie et diuīe misericordie ad fontē bonitatis & tōis puritatis q̄tenus a passionib; tuis & vicīs curari valeas & oīra vniuersas tēptacōes & fallacias dyaboli forciōr atq; vigilantiōr effici merearis inimicus sciens fructū & remedīū maximū in sacra cōmunione positū esse omni modo et occasione nititur fideles et deuotos quantū preualet tetrahere & impēdire. **C**um enim quidem sacre cōmunioni se aptare

69

disponunt peccatores sathanæ immisiones paciuntur.  
**I**psæ namque spiritus in Job scribitur. venit inter filios  
dei ut solita illos nequitia sua perturbet aut timidos  
nimium reddat et perplexos quatinus affectū eorum  
minuat vel fidem impugnando afferat. si forte  
aut omnino communionem relinquant vel cū torpore  
accedant. **S**ed non est quicquam curandum de versatibus  
et fantasias illius quantulibet turpibus et horribus  
sed cuncta fantasmata in caput eius sunt tetragona  
**C**ontenendus est miser et terrendus nec Christus insultus  
eius et commotiones quas suscitat sacra communio est  
obmittenda. **S**epe enim impedit nimia sollicitudo pro  
deuocione habenda. et anxietas quodam de confessione facienda  
age secundum consilium sapientum et depone anxietatem et  
scrupulum qua graciā dei impedit et deuotio em mentis  
destruit propter aliquā parvā perturbationē vel grauitatē  
sacram non dimittas communio nem sed vade citius  
confiteri et omnes offensas alij libenter indulge.  
**D**i tu vero aliquā offendisti veniam humilitate p̄scare  
et deus libenter indulget tibi. **Q**uid prodest diu  
tardare confessionē aut sacramenti differre communio nē.  
**E**x purga te cū primis. expue velociter venenū et festina  
recipere remedium et sencies melius quam si diu distuleris  
**S**i hodie propter istud dimicis cras forsitan aliud  
maius euenerit et sic diu posses a communione impe-  
diri et magis ineptus fieri. **Q**uanto citius vales a  
presenti inertia et grauitate te excutias. quia nichil  
importat diu anxiari quācum per turbatione tran-  
sire et se ob cottidiana obstacula a diuinis sequen-  
trate. **I**mo plurimum nocet diu communionem pertulare  
**N**am et grauem torporem consuevit inducere. **P**roth  
 dolor quidam tepidi et dissoluti moras confitendi  
libenter accipiunt et communionē sacrā idcirco differre  
cupiunt ne ad maiorem sui custodiā se dare tenean-  
tur. **H**ec quo modicā caritatem et debilem deuotionem

habent qui sacrâ communionem faciliter postponunt.  
**Q**m̄ felix ille & deo acceptus habetur q̄ sic viuit et in tali puritate conscientiâ suâ custodit ut etiam omni die comunicare paratus & affectatus esset. si h̄c licet et sine nota agere posset. **S**i quis interdū abstinet humilitatis gracia aut legitima impediente causa laudandus est de reuerentia. **S**i autem torpor obrepserit seipsum excitare debet et facē qđ in se est & dñs aderit desiderio suo pro bona voluntate quā specia-liter respicit. **C**ū vero legittime impedit̄ est habeat semper bonā voluntatem & piā intentionem comunicandi & sic non carebit fructu sacramenti. **N**otest enī quilibet deuotus om̄i die & om̄i hora ad spiritualem cr̄isti communionem salubriter & sine prohibitione accedere & tñ certis diebus & statuto tempore corpus sui redemptoris cū affectuosa reuerentia sacramen-liter debet accipere & magis laudem dei et honorē pretendere & consolationem suā querere. **N**ā tociens mistice cōmunicat & inuisibiliter reficitur quociens incarnationis cr̄isti misteriū passionemq̄ deuote re-colit. & in amore eius accendit̄ q̄ aliter se non p̄parat nisi instantे festo vel consuetudic cōpellente lepius imparatus erit. **E**t beatus qui se dño in holocaustū offert quociens celebrat aut cōmunicat. **N**on sis in celebrando nimis prolixus aut festinus. sed serua modū cōmunem cū quibus viuis non debes alijs generare molestiā & tediū sed cōmunem serua viam secundū maiorem institutionem et prius alioꝝ ser-vias vtilitati q̄ proprie deuotioni vel affectui.

**Q**uod corpus cr̄isti & sacra scriptura maxie sunt aīe fidelī necessaria!

**C**apitulū. xj.

**O** dulcissime dñe Ihesu cr̄iste quanta est dul-deuote aīe tecum epulantis in conuiuio tuo **V**bi ei non aliꝝ cibus manducand̄ pponit nisi tu vnicus dilect̄ eius super dia desideria cordis

70

cius desiderabilis. **E**t michi quidem foret in presentia  
tuo extatio affectu lacrimas fundere et cum pia Mag-  
dalena pedes tuos lacrimis rigare. **S**ed ubi est hec  
deuotio ubi lacrimaz sandarum copiosa effusio certe  
in spectu tuo et sanctorum angelorum tuorum cor meum ardore  
deberet et ex gaudio flere. **H**abeo enim te in saramento  
vere presentem quamvis aliena specie occultatum. **N**am in  
propria et diuina claritate te conspicere oculi mei non  
possent. **S**ed neque totus mundus in fulgore tue ma-  
iestatis subsisteret. **I**n hoc ergo inbecillitatem mee co-  
fuscius agit quod te sub sacramento abscondis et ego  
habeo vere et adoro quem angeli adorant in celo. **S**ed  
ego adhuc intecum in fide illi aut in specie et sine vela-  
mine me oportet esse contentum in lumine vere fidei et  
in ea ambulare donec aspiret dies eterne claritatis  
et umbra figurorum inclinentur. **C**um autem venerit quod  
perfectum est cessabit usus sacramentorum quia beati in glo-  
ria celesti non egent medicamine sacramentali. **G**au-  
dent enim sancti in presentia dei facie ad faciem gloriam  
eius speculantes de claritate in claritatem abyssalis  
deitatis transformati gustant verbum dei quod caro  
factum est sicut ab inicio et manet in eternum. **M**emor  
horum mirabilium graue michi sit tedium etiam quodlibet  
spirituale solaciun quia quod diu dominum meum aperire in  
gloria sua non video pro nichilo duco omne quod in  
mundo respicio et audio. **T**estis michi deus quod nulla  
res potest me consolari nulla creatura quietare nisi tu  
deus meus quem desidero eternaliter contemplari.  
**S**ed non est hoc possibile durante me in hac mortalite-  
tate. **I**deo oportet ut me ponam ad magnam patientiam  
et me ipsum in omnibus desiderio tibi submittam. **N**am  
et sancti tui domine qui tecum iam in regno celorum  
exultant in fide et patientia magnitudum viuentium  
aduentum glorie tue expectabunt. **Q**uo illi credide-  
runt ego credo quod illi sperauerunt ego spero. **Q**uo

illi peruenecunt per graciā tuam me ventus confido  
ambulabo interim infide exemplo fortat̄ sanctoꝝ  
**H**abeo etiam libros sanctos p̄ solatio et vite specu-  
lo. atq; super hec omnia sanctissimum corpus tuum  
pro singulari remedio & refugio. **T**a michi nang;  
necessaria & per maxime sencio in hac vita sine qui-  
bus importabilis foret ista miserabilis vita in car-  
cere huius corporis detentꝝ duobus me egere fateor  
cibo scilicet & lumine. dedisti itaq; michi infirmo  
sacrum corpus tuū ad refectionem mentis & corporis  
et posuisti lucernam pedibus meis verbū tuū. sine  
hjs duobus bene vivere non possum. **N**am verbū  
dei lux anīe mee & sacramentū tuū panis vite. **D**e  
possunt dici mense due hinc et inde in gazophilatio  
sancte ecclie posite. **V**na mensa est sacri altaris  
habens panem sanctum idest corpus cristi preciosū.  
**A**ltera est diuine legis continens doctrinam sanctā  
erudiens fidem rectā et firmiter usq; ad interiora ve-  
laminis ubi sunt sancta sanctorum perducēs. **G**ra-  
cias tibi ago domine ihesu criste lux lucis eterne pro  
doctrina sacre mense quā nobis per seruos tuos pe-  
phetas et appostolos aliosq; doctores ministrasti.  
**G**racias tibi ago creator et redemptor hominum  
qui ad declarandam toti mundo caritatem tuam  
cenam parasti magnam in qua agnum non typicū  
sed tuum sanctissimum corpus et sanguinem pro-  
posuisti manducandum letificans omnes fideles  
coniuicio sacro et calice inebrians salutari. in quo  
sunt omnes delicie paradisi et epulentur nobiscum  
angeli sancti sed suavitate feliciori. **O** qm magnum  
et honorabile est officium sacerdotum quibus datū  
est dominum maiestatis verbis sacris consecrate.  
labijs benedicere. manibus tenete. ore proprio sum-  
mere et ceteris ministare. **O** qm monde debent esse  
manus ille. qm purum os. qm sanctum corpus. qm

71

immaculatum cor erit sacerdotis ad quem tecum in  
greditur auctor puritatis. Ex ore sacerdotis nichil  
nisi sanctum nichil nisi honestum et utile debet procedere  
verbū qui tam sepe accipit christi sacramentum oculi  
eius simplices pudicii qui christi corpus solent intueri  
Manus puteas in celum elevarē que creatorē celi et  
terre solent conrectare. Sacerdotibus specialiter in  
lege domini dicitur. Sancti estote quoniam ego sanctus  
sum dominus deus vester. Quid inuenit nos gracia tua omni-  
potens deus ut quod officium sacerdotale suscepimus digne-  
eris deuote tibi in omni puritate et conscientia bona  
familiari valeamus. Et si non possumus in tanta in-  
nocentia vite conuersari ut debemus concedebit nobis  
tamen digne flere mala que gessimus et in spiritu  
humilitatis et bone voluntatis proposito ferventis  
tibi decetero deseruimus. Quoniam diligenter  
debeat communicatus se christi preparare. Cap. xiiij.

Ego sum puritatis amator et dator vestris scientiarum  
Ego cor purum quero et ibi est locus requiectionis  
mei. Para michi cenaculum grande stratum et  
faciam apud te pascha cum discipulis meis. Si vis ut veniam  
ad te et apud te maneam. Expurga vetus fermentum  
et munda cordis tui habitaculum. Exclude totum  
seculum et omnem viciorum tumultum sede tangere passer  
solitarius in tecto et cogita excessus tuos in amaritu  
dine anime mee. Omnis nang amans suum dilectum  
amatori optimum preparat locum quia in hoc cog-  
noscitur affectus suscipientis dilectum. Scito tamen  
te non posse satisfacere huic preparationi ex merito  
tue actionis etiam si per integrum annum te prepa-  
rares et nichil aliud in mente habereres. Sed ex sola  
pietate et gratia mea permitteris ad mensam meam  
accedere ac si mendicus ad brandum vocaretur di-  
uitis et ille nichil habeat ad rettribuendum beneficij.  
eius nisi se humiliandi et ei regraciando fac quod

in te est. et diligentem facito. non ex consuetudine non  
ex necessitate sed cum timore et reverentia et cum affectu  
accipe corpus dilecti dei tui dignanter ad te venire.  
**E**go sum qui vocavi. ego iussi fieri ego supplebo quod  
tibi reest. veni et suscipe me cum gratiam deuotionis  
tribu. gracias age deo tuo. non quia dignus es sed  
quia tui misericordia sum. **S**i non habes devotionem  
sed magis aridum te sentis. insiste orationi. **I**n gemiste  
et pulsa. nec desistas donec metas misericordia aut gutta  
salutaris gracie accipere. **T**u mei indiges non ego  
tui indigo. nec tu sanctificare me venis. sed ego te  
sanctificare et meliorare venio. **T**u venis ut ex me  
sanctificeris et mihi uniaris et nouam gratiam accipias.  
et de novo ad devotionem attendatis. **N**on negligere hanc gratiam sed prepara te et cor tuum cum omni  
diligentia et introduc ad te dilectum tuum. **O**poret enim  
non solum ut te prepares ad devotionem ante communio-  
nem. sed etiam sollicite te conserues in ea post sacra-  
menti perceptionem. **N**ec minor custodia post exigitur  
quam deuota preparatio prius. **N**am bona post modum  
custodia optima est preparatio ad maiorem gratiam  
consequendam. **E**x eo quippe valde indispositus quis  
reditur si statim nimis effusus est ad exteriora so-  
latia. **C**aue a multiloquio maneas in secreto et fruere  
deo tuo. **I**psum enim habes quem totus mundus tibi  
aufferre non potest. **E**go sum cui te totum dare debes  
**I**ta ut iam ultra non in te sed in me absque omnissime  
solicitudine viuas.

**C**on toto corde anima deuota christi unionem in  
sacramento affectare debet. **C**ap. xij.  
**V**is mihi dñe ut inueniam te solum et apiaj  
tibi cor meum et fruatur te sicut desiderat anima mea  
et iam me nemo despiciat nisi ultra creatura maledicat  
vel respiciat. **D**ed tu solum mihi loqueris et ego tibi  
sicut solet dilectus ad dilectum loqui et amico cum amico

72

coniuari. **H**oc ordo hoc desidero. ut tibi totus vniar  
et cor meū ab om̄ib⁹ creatis rebus abstrahaz magisq; per sacrā cōmunionem et frequentē celebratio-  
nem celestia et eterna sapere discā. **O**ch dñe de⁹ me⁹  
quando eto tecum totus vnitus. ⁊ absorptus meiq;  
totaliter oblitus. **T**u in me et ego in te os sic pariter  
in vnū cōcede. **V**ere tu es dilectus meus ex milibus  
electus in quo oplacuit anime mee habitare oībus  
diebus vite sue. vere tu pacificus meus in quo pax  
sum a os requies vera extra quem labor ⁊ dolor et in-  
finita miseria. **V**ere tu es deus absconditus ⁊ siliū  
tuū non est cū imp̄is sed cū huīibus ⁊ simplicibus  
secundo tuus. **O** q̄ suavis est dñe spiritus tuus. q̄ vt  
dulcedinem tuā in filios demonstrares pane suavis-  
simio de celo descendens illos reficere dignaris. **V**ere  
non est alienatio tam grandis que habeat deus ap-  
propinquantes sibi sicut tu de⁹ noster. atque vniuersis  
fidelibus tuis quibus ob cotidianū solaciū et cor  
erigendū in celū te tribuis ad edendū ⁊ fruendum.  
**Q**ue est enī alia gens tā incita sicut plebs cristiana  
aut que creatura sub celo tam dilecta vt aia deuota  
ad quā ingreditur deus vt pascat eaz carne sua glo-  
riosa. **O** ineffabilis gracia. **O** admirabilis dignacō.  
**O** amor immensus homini singulariter impensus.  
**S**ed quid retribuā dño pro gracia ista caritate tam  
eximia non est aliud qđ tam gratū tibi queam dare  
qđ vt cor meū deo totaliter tribuā ⁊ intime cōiungā.  
**T**unc exultabunt omnia interiora cū perfecte fucis  
vnita deo anima mea. **T**unc dicet. **S**i tu vis esse  
meū ego volo esse tecū os ego respondebo illi. **D**ig-  
nare dñe manere meū ego libenter volo esse tecum  
hęc est totū desideriū meū vt cor meū sic tibi vnitū.

**D**e quorundam deuotorum ardentí desiderio  
ad corpus cristi. Cap. xiiij.

**O** magna multitudo dulcedinis tue dñe q̄  
abſconditi timentibus qñ recordor deuotorū  
aliquorū ad ſacmentū tuū dñe cū deuotione  
et affedū accedentiū. Tūc ſepiuſ in meipſo ſfundor  
et erubesco q̄ ad altare tuū a ſacre 9muniōis mensā  
tuā tā tepide a frigide accedo q̄ ita atidus et ſine af-  
fectione cordis maneo q̄ non ſū totaliter accensus  
corā te deo meo. nec ita vehementer attract⁹ et affect⁹  
ſicut multi deuoti fuerunt qui pre nimio desiderio  
comunionis a ſenſibili cordis amore. a fletu ſe non  
potuerunt continere ſed ore cordis a corporis pariter  
ad te deū fontem viuū medullitus inhiabant ſuaz  
esuriem non valentes aliter temporare nec faciare.  
niſi corpus tuū cū omni iucunditate a ſpirituali avi-  
ditate accepiffent. O vere ardens fides eoz pbabile  
existens argumentū ſacre presentie tue Iſti enī vera-  
citer cognoscunt dñm ſuū in fractione panis quorū  
cor tam valide ardet in eis de Ihesu ambulante cū  
eis. longe eft a me ſepe talis affectus et deuotio tam  
vehemens amor a artor. Eſto mihi propicius ihesu  
bone dulcis a benigne. Et concede pauperi mendico  
tuo. vel interdū modicū de cordiali affectu amoris  
tui in ſacra comunione ſentire ut fides mea magis  
conualeſcat. Opes in bonitate tua proficiat et cari-  
tas ſemel perfecta accenſa a celeſti manna experta  
nunquā deficiat. Potens eft autem misericordia tua  
etiam graciā dei desiderata preſtare mihi a ſpiritu  
artoris cū dies beneplaciti tui a duenerit me clemen-  
tissime visitare. Etenī licet tanto desiderio taz ſpiri-  
taliū deuotorū tuorum non ardeo tamen de gracia  
tua illius magni inflammati desiderij desiderium  
habeo orans et desiderans omniū taliū feruidorū  
amatorū tuorū partipem me fieri ac eorum ſancto  
consorcio annumerari.

**Q**uia gracia deuotionis humilitate et sui ipsius  
abnegatione acquiritur. 73  
Cap. xv.

**O**portet te deuotionis graciā instanter petere  
pacienter querere·desideranter & fiducialiter  
expectare grataanter recipere·huīliter oſeruare  
ſtudioſe cū ea ooperare & deo terminū & modū ſuperne  
viſitationis donec veniat cōmittere·huīliare p̄cipue  
te debes cū paꝝ & nihil deuotionis interius ſentis·ſed  
non niſiū deſiū nec inordinate cōtristari·Dat ſepe  
deꝝ in uno breui momento qđ longo negauit tēpore  
dat quandoꝝ in fine quod in principio orationis  
diſtulit dare. Si ſemp cito gracia daretur· & p uoto  
adefſet nō infirmo homini bene portabili ppter ea in  
bona ſpe et humili patientia expectāda cū deuoſcōis  
gracia. Tibi tamen oꝝ peccatis tuis imputa cū non  
datur et abſconditur vel etiā occulte tollit. Modicū  
quandoꝝ eſt qđ graciā impedit & abſcondit· ſi tamē  
modicū et non p̄cius grande dici debeat· qđ tā bonū  
phibet· et ſic hoc ipſū modicū vel grande amoueris  
et perfecte viceris & erit quod petiſti. Statim nang  
ut te deo toto corde tradideris· nec hoc vel illud pro  
tuo libitu seu velle queſieris. Sed ſi te integre in ipso  
poſueris· vnicū te inuenies oꝝ pacatū . Quia nil ita  
bene ſapiet vel placebit ſicut beneplacitum diuine  
voluntatis. Quisquis ergo intentionem ſuam ſimi-  
plici corde ſurſum ad deum leuauerit ſeqꝝ ab omni  
inordinate amore ſeu diſplicentia cuiuſlibet rei crea-  
te euacuauerit aptiſſimus gracie percipiēde ac dig-  
nus deuotionis munere erit . Dat enī dominus ibi  
benedictionem ſuam ubi vasa vacua inuenetur . Et  
quanto perfectius iñfirmis renuncciauerit quis et  
magis ſibi ipſi per contemptum ſui moritur tanto  
gracia celerius venit et copioſius intrat et alcius  
cor libex eleuat. Tunc videbit et affluet & dilabitur

cor eius in ipso quia manus dei cum eo et ipse se posuit  
totaliter in manu eius usque in seculum. Ecce sic benedicitur  
homo qui querit deum toto corde suo nec inuanum  
acepit ansiac suam. Hic in accipiendo sacrâ eukaristia  
magnâ prometetur diuine unionis gratiam. quia non  
respicit ad propriae devotionem et consolationem.  
sed dei gloriam et honorem.

**Q**ue necessitates nostras Christo aperite et eius gratiam  
postulare debemus. Cap. xv.

**O** Dulcissime aetate amatissime domine quem  
nunc deuote desidero suscipere. tu scis infir-  
mitatem meam et necessitatem quam patior in  
quantis malis et vicibus iaceo quam sepe sum grauatus.  
temptatus. turbatus et inquinatus pro remedio ad  
te venio pro consolatione et subleuacione te deprecor.  
ad omnia scientem loquor tui manifesta sunt omnia inte-  
riora mea et qui solus potest me perfecte consolari et  
adiuuare. Tu scis quibus bonis indigeo pro omnibus  
et pauper sum in virtutibus. Ecce sto ante te pauper  
et nudus graciâ postulans et graciam implorans.  
Respice esurientem mendicum tuum. Ascende frigidita-  
tem meam igne amoris tui. Illuina cecitatem meam  
claritate presentie tue. Verte mihi omnia terrena in  
amaritudinem. omnia grauia et contraria in patientiam  
omnia infinita et creata in contemptu et oblivionem  
Erige cor meum a deo in celum et ne dimittas me fagari  
super terram. Tu solus mihi ex hoc iam dulcestis usque  
in seculum quia tu solus cibus et potus meus. amor  
meus. et gaudiu meum. et totu bonu meum. ut inquit  
me totaliter ex tua presentia incendas comburas et  
te transmutes ut unus tecum efficiat spiritus per gra-  
ciam interne unionis et liquefactionem ardoris  
amoris. Ne paciaris me ieiuniu et aridu a te recedere  
Sed operare mecum misericorditer sicut sepius operatus

es cū sanctis mirabiliter. Quid mirū si tu tus ex te  
ignescetem · et in me ipso deficerem cum tu sis ignis  
semper ardens et nunquā deficiens amor corda pu-  
tificans et intellectū illuinans.

**C** De ardenti desiderio et amore & affectu vehemēti  
suscipiendi crīstū. Cap. xvij.

**C** Vm sūma deuotione et ardenti amore desi-  
dero te domine suscipere quemadmodum  
multi sancti cū toto cordis affectu et feroore.  
sicut et deuote persone in cōmunicando te desidera-  
uerunt qui tibi maxime in sanctitate vite placuerunt.  
et in ardentissima deuotione fuerunt. **O** deus meus  
amor eterhus totū bonū meū felicitas interminabi-  
lis cupido te suscipere cū vehementissimo desiderio et  
dignissima reuerentia quā aliquis sanctorū vñquā  
habuit et sentire potuit et licet indignus sū omnia  
sentimenta deuotionis habere tamen offeo tibi totū  
cordis affectu ac si omnia illa gratissima inflāmata  
desideria solus haberem. **S**ed et quecunq; potest-  
pia mens concipere et desiderare. **H**ec dīa cū sūma  
veneratione & intimo feroore · prebeo et offero nichil  
opto michi reservare · sed me et dīa mea · tibi sponte  
et libentissime immolare. **D**ñe deus meus creator  
meus et redemptor meus cū tali affectu et reuerentia  
laude & honore cū tali gratitudie dignitate & amore  
cū tali fide spe et caritate et affectu hodie suscipere sic  
te suscepit & desiderauit sanctissima mater tua glo-  
riosa virgo Maria quando angelo euangeli sancti  
sibi incarnationis misteriū hūiliter & deuote respon-  
dit. **E**cce ancilla domini fiat michi secundū verbū.  
**E**t sicut beatus precursor tuus excellentissimus sanc-  
torū **J**ohannes baptista · in presentia tua letabūdus  
exultauit in gaudio spiritus sancti dū adhuc matris  
claudetur visceribus postmodū cernens Ihesū inter

homines ambularem valde humilians se deuoto  
cum affectu dicebat. **A**amicus autem sponsi qui stat  
et audit cum gaudio gaudet. propter vocem sponsi  
sic & ego magnis & sacris desideriis opto inflam-  
mari & tibi ex toto corde meipsum presentare. **V**nde  
et omni deuotior cordium iubilaciones ardentes affecti-  
ones & affectus mentales excessus & super naturales  
illuminationes et cecitas visiones. tibi offero exhibeo  
cum omnibus virtutibus & laudibus ab omni crea-  
tura in celo & in terra celebratis et celebrandis pro me  
et omnibus michi in oratione commendatis qua-  
tinus ab omnibus digne laudetis et imperpetuum  
glorificeris. **O**ccipe vota mea domine deus meus et  
desideria infinite laudationis. et immense benedicti-  
onis que tibi secundum multitudinem ineffabilis  
magnitudinis tue iure debentur. **H**ec tibi reddo et  
reddere desidero per singulos dies & momenta tem-  
porum ac ad reddendum tecum tibi gracias & lau-  
des omnes celestes spiritus et cunctos fideles tuos.  
precibus et affectibus inuito et exoro. **L**audent te  
vniuersi populi tribus et lingue ac sanctum & melli-  
fluum nomen tuum cum summa iubilatione et ardenti  
deuotiōe magnificent. **E**t quoniam reverenter & devote  
altissimum sacramentum tuum celebrant et plena  
fide recipiunt graciam et misericordiam apud te in-  
uenire mereantur. **E**t pro me peccatore suppliciter  
exorent. **C**unq[ue] optata deuotione et fruibili vniōne  
potati fuerint ac bene consolati et mirifice refecti de  
sacra mensa celesti abscessent mei pauperis recor-  
dari dignentur.

**Q**uod homo non sit  
curiosus scrutator sacramenti sed humiliis amator  
xpi subdendo sensu sacre fidei.

**Cap. ultimū.**

**C**auendū est tibi a curiosa & inutile perscruta-  
tione huius profundissimi sacramenti si non

75

vis in profundū dubitationis submergi. Qui scruta-  
tor est maiestatis opprimetur a gloria. Plus enim  
valet deus operari · quam homo intelligere potest.  
**T**ollerabilis est pia & humilis inquisitio veritatis  
parata semper dotari & personans patrū sententias  
studiosius ambulare. **S**ancta simplicitas que diffi-  
ciles questionū relinquit vias et planas ac firmas  
pergit semitas mandatorū dei. **M**ulti deuotionem  
perdiderunt dū altiora scrutari voluerunt. **F**ides a  
te exigitur & sincera vita · non altitudo intellectus  
neḡ profunditas misteriorū dei. **N**i non intelligis  
nec capis que infra te sunt quomodo apprehendes  
que supra te sunt. **S**ubdere deo & huīlia sensū tuū  
fidei · & dabitur tibi lumen prout tibi fuerit utile et  
necessariū. **Q**uidaz gravior temp̄tantur de fide et  
sacramento sed non est hoc ipsis imputandū · sed potis  
in isto · noli curare. noli disputare · cū cogitationibus  
tuis nec ad immisas a **D**abolo temptationes re-  
sponde sed credere verbis dei · credere sanctis eius & pro-  
phetis et fugiet a te inimicus nequam. **H**epe multū  
prodest q̄ talia sustinet seruus dei. **N**am infideles et  
peccatores non temptat quos iaz secure possidet. Si-  
deles autem deuotos varijs modis vexat & temptat  
**D**erge ergo cū simplici & indubitate fide & cum sim-  
plici reuerentia ad sacramentum accede et quicquid  
intelligere non vales deo omnipotenti secure omittē  
**N**on fallit te deus. **F**allitur qui minie sibi credit.  
**G**raditur deus cū simplicibus & reuelat se huīlibus  
**D**at intellectū parvulis · aperit sensū puris menti-  
bus · et abscondit gratiā curiosis et superbis. **R**atio  
humana debilis est et falli potest · fides autem vera  
falli non potest. **O**mnis ratio et naturalis inuesti-  
gatio fidem sequi debet non precedere nec infringere  
**N**am fides et amor maxime precellunt et occultis  
modis in hoc sacratissimo et super excellentissimo

sacramento operantur. Deus eternus et immensus  
infinitez potestate fecit magna et inscrutabilia in celo  
et in terra. nec est investigatio mirabilium opem eius  
Si talia essent opera ut facile ab humana ratione  
capentur non essent mirabilia nec ineffabilia dicenda.

**E**xplicit liber quartus de imitatione casti  
in quo specialiter tractatur de venerabili  
sacramento altaris.  
**S**equitur tabula huius libri quarti.

- P**rimo deuota exhortatio ad sacramentum Christi  
**C**um quanta reverentia suscipiendus sit Christus. **i.**  
**Q**uid magna bonitas et caritas dei in sacramento ex-  
hibetur homini. **q**  
**Q**uid utile sit homini comunicare. **iiij.**  
**Q**uid multa bona perstante deuote communicantibus. **vij.**  
**D**e dignitate sacramenti et de dignitate sacerdotali. **v.**  
**D**e interrogatione et exercicio ante communionem. **vi.**  
**D**e discussione proprie conscientie et emendationis  
proposito. **vij.**  
**D**e oblatione Christi in cruce et propria resignacione. **vij.**  
**Q**uo nos et omnia nostra deo debemus offerre. **ix.**  
**Q**uo sacra communione defacili non est relinquenda. **x.**  
**Q**uo corpus Christi et sacra scriptura sunt anime fidei  
necessaria. **xij.**  
**Q**uo diligenter debeat se communicatus Christo separare. **xij.**  
**Q**uo toto corde anima deuota Christi unionem in sacramento  
affectare debet. **xij.**  
**D**e quorundam deuotorum desiderio ardenti ad corpus  
Christi. **xij.**  
**Q**uo gratia devotionis humilitate et suipius abne-  
gatione acquiritur. **xv.**  
**D**e ardenti desiderio et amore et affectu vehementi  
suscipiendi Christum. **xvj.**

**Q**uod homo non sit curiosus scrutator sacramenti sed  
humilis imitator Christi subdento sensum suum sacre  
fidei.

76

**Capitulum viii**

**V**iri egregii Thome montis sancte Agnetis in  
Traiecto regularis canonici libri de Christi imitatione  
numero quatuor finiunt feliciter per Cintheum  
zainet ex reutlingen progenitum litteris impissi abenis.

H \* 8589 (15vii, Fm - 116)

collezione di scienze naturali et storia naturale  
e molti molti altri libri esemplari per la scienza e la cultura  
e la moralità.

ու այսոց օշամ զնոս առց պարուն  
չուստին իգ առ անուստ անունը օհուն ը  
մածուն ու առ առ անունը առ առ օհուն  
զնոս առ առ անունը առ առ օհուն